et vasorum aureorum septies .xx. et vasa
aurea de bono eramento splendentia .xii.
aurum speciem reddentia. Et dixi eis. Et vos
sancti estis domino. et vasa sunt sancta. et aurum
et argentum votum est domino deo patrum nostro-
rum. Vigilate et custodite donec tradatis
ex plebis prepositis et sacerdotibus et levitis
et principibus civitatum israel in ierusalem. in
pastoforio domus dei nostri. Et hii qui su-
sceperunt sacerdotes et levite aurum et
argentum. et vasa que erant in ierusalem. in-
tulerunt in templum. intulerunt in tem-
plum domini. Et promovimus a fluvio
thia die .xii. mensis primi. usque quo in-
troivimus in ierusalem. XXII
Et cum factus fuisset tertius dies. quarta
autem die ponderatum aurum et argentum
traditum est in domo domini dei nostri. maro-
moth filio iori sacerdoti et cum ipso erat
eleazar filius finees. et erant cum
ipsis iosabdus filius ihesu et medias.
et banni filius levite. ad numerum et ad pon-
dus universa. et scriptum est pondus ipsorum
eadem hora. Qui autem venerunt ex capti-
vitate obtulerunt sacrificium domino israel
tauros .xii. pro omni israel. arietes octoginta
sex. agnos .lxxii. hyrcos pro peccato .xii.
et pro salute vaccas .xii. omnia in sacri-
ficium domini. Et relegerunt precepta regis
regalibus dispensatoribus et subregulis
celesirie et phenices. et honorifica-
verunt gentem et templum domini. XXII
Et consummatis his. accesserunt ad me pre-
positi dicentes. Non segregaverunt gens
israel et principes et sacerdotes. a levite. et
alienigene gentes et nationes terre immun-
ditias suas. a chananeis et ferezeis
et iebuseis. et moabitis. et egiptiis. et
ydumeis. Convincti enim sunt filiabus eorum
et ipsi et filii eorum. et commixtum est semen sanctum
alienigenis gentibus terre. Et participes e-
rant prepositi et magistratus iniquitatis
huius. ab initio ipsius regni. Et mox
ut audivi ista. conscidi vestimenta et sacram
tunicam. et lacerans capillos capitis
et barbam. sedi dolens et mestus. Et con-
venerunt ad me quotquot tunc movebantur
in verbo domini dei israel. me lugente super

iniquitatem istam. Et sedebam tristis. usque
ad vespertinum sacrificium. Et consurgens
a ieiunio conscissa habens vestimenta et sacram
tunicam ingeniculans et extendens manus
ad dominum. dicebam. Domine confusus sum et re-
veritus sum. ante faciem tuam. Peccata enim
nostra multiplicata sunt super capita nostra.
et iniquitates nostre exaltate sunt usque ad
celum. quoniam a temporibus patrum nostrorum sumus
in magno peccato. usque in hunc diem. Et propter
peccata nostra et patrum nostrorum sumus tradi-
ti cum fratribus nostris et cum sacerdotibus nostris et regi-
bus terre in gladium et captivitatem. et depre-
dationem. cum confusione. usque in hodiernum
diem. Et nunc quantum quod contingit nobis misericordia
a te domine deus. Derelinque nobis radi-
cem et nomen in locum sanctificationis tue. dete-
gere luminare nostrum in domo domini dei no-
stri. dare nobis cibum in tempore servitutis nostre.
Et cum fuerimus. non sumus derelicti a do-
mino deo nostro. sed constituit nos in gratia po-
nens nobis reges persarum. dare cibum. et cla-
rificare templum domini dei nostri et edificare de-
serta syon. dare nobis stabilitatem in iu-
dea. et ierusalem. Et nunc quid dicemus domine ha-
bentes hec. Transgressi enim sumus precepta
tua. que dedisti in manibus puerorum tuorum
prophetarum dicens. Quoniam terra in quam introi-
stis possidere hereditatem eius. terra polluta
est coinquinationibus. et alienigenarum
terre. et immunditie illorum repleverunt eam to-
ta immunditia sua. Et nunc filias vestras non
coniugetis filiis eorum et filias eorum non accipi-
etis filiis vestris et non inquiretis pacem habere
cum illis omni tempore. ut invalescentes man-
ducetis optima terre. et hereditatem distribu-
atis filiis vestris usque in evum. Et que contigunt
nobis. omnia fiunt propter opera nostra maligna.
et magna peccata nostra. Et dedisti nobis
talem radicem. et rursum reversi sumus transgredi
legitima tua. ut commisceremur immundi-
tie alienigenarum gentium terre huius. None
irasceris nobis perdere nos quoadusque non
derelinquatur radix. et nomen nostrum. Domine
deus israel verax es. derelicta enim est radix.
usque in hodiernum diem. Ecce nunc sumus in con-
spectu tuo. in iniquitatibus nostris. Non est
enim adhuc stare ante te in his. Et cum ado-

Fragmentarium

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30, (seq. 17) – Bible in the Latin Vulgate version (https://fragmentarium.ms/view/page/F-fi0z/1118/15798)